D. Doctori Alberto Hardenbergio. fol. 30 [43 (Nr. 50) Bremensia T. II. p. 566

Binas ad te antehac literas hinc dedi Doctor clarissime Strasb. eodem argumento alteras Emdano cuidam amico, alteras Wesalienſi, illas ante Brumam, hac pri die Kegam, nec in his autem, nec in illis quicq̃ fuit magni momenti, quo magis mirer non peruenisse. Nouas isthic turbas exciari cruciat animum, nihil metuo magis quam vt tandem hae tam atrox tragoedia funestum aliquem exitu sortiatur, praecipue vero me contristat tua anxietas quem scio his omnis bellorum nullum tranquillum diem habuisse. Vt rursus me reficit tuus ille heroicus spiritus, qui magnae incudis instar, bona mixtae conscientia ignorantiae hominum strepitu non solet magnopere commoueri. Confessionculam nostram (quae satis superq̃ scripturis verbis et corporis veritatem Christo tribuit et artolatriam cum alijs superstitionibus aperte reiecit a S. coena) mirarer non satisfacere quibusdam fratribus, nisi comperturn haberem eosdem et in tua super hac re doctrina semper aliquid desiderasse. Tam autem ita dilacerata est perpetuis contentionibus haec materia vt nemo quicq̃ nisi quod ipse dixerit recte dictum putet, nec sunt mihi in mea conservatione vllus modus durior, quam illa etiam inter eos dissensio varietas et dissimilitudo linguarum. Postremo sic mihi in hac parte doctrina angustus sensus factus est, vt nihil ausim nisi conceptis verbis eloqui καὶ τὰ ἀῤῥητα περὶ τῶν ἀῤῥητων ἀῤῥητέον. Multo hic aequior fuit D. Brassius pie memoriae, aut certe minus morosus, nam aequitate quorsum est opus vbi recta et diuinis oraculis consentanea vsitatis formulis luculenter pronunciantur. Ea si tentem aliter dicere dicam deterius, eo me rursus in alias cauillationes inuoluam. Hanc animi mei solicitudinem minus fortasse aequa iam pridem tua humanitati perspectam vt in bonam partem accipias etiã atq̃ etiam rogo. Res hic nostra tam in Schola q̃ in Ecclesia multis obstaculis impediuntur, nec quicq̃ sine multo certamine, sine inexhausto labore succedit. Si ea meo animo haec res instituta esset a primus splendidis initijs iam exorsi habuissemus vt arbitror plus duplo citra multo minus inuidiae. Cuicunq̃ autem fatuus est euentus nonnihil mihi gratulor quod certae vocationi seruiens meo loco sedulo necessaria, meamq̃ fidem ac diligentiã, quod possum praestare contendo. Quum habeamus concionem puriorem doctrina, ad hanc meos familiares adduco, ab reliquis conuentibus abstinemus, quod publicis bonis detractum est domi pijs lectionibus et sanctis precationibus quoquo modo seruientes. Plura nunc scribere docendi causa non simit. DEVS pater noster adsit tibi in consilijs et periculis omnibus propter nomen suum. Amen. Vale Pater venerande. Calend. Martij. ~ 560 [= 25. II. 1560].

In obitum D. Johannis Cynnij, prudentis Pij Consulis Dni Somnij.

Cynnius vt fato concessit Consul, acerbum
Indica consilij curia vulnus habet.
Nec secus infirmi trepidat Respublica luctu,
Quam numerosa pio capita parente domus.

Adde quod ingenti retro sublapsa ruina,
CHRistias amisso Praeside turba gemit.
Tum vero in tenera Schola adhuc lachrymabilis herba,
Ad tumulum Gymmi sic mihi visa queri.

Ergo ne praesidium cœtus surgentis in ortu
Occidis! ah studijs fata sinistra meis.
Ah tenues modo primitias quia tempore duro
Deseris inceptor, Quid nisi praeda sumus!
Gymmi curius ope imprimis haec rara Juventus
Adfuit, integriusq; instituit artis iter,
Gymmi qui modo eius columen patriaq; Scholaq;
Quae te subductum vis inimica tulit!
Vt sanctos iuvenis cœtus non ipse videres:
Quorum sacra tua sunt pietatis opus!
Scilicet offensus populi furialibus ausis,
Accelerat procerum tristia fata DEVS.
Praecipue excellens si quid fuit, illico tanq;
Insuetum humanis rebus, in astra fugit.
Da gemitus studiosa cohors, Ecclesia luge,
Vnus vtriusq; parens (dum fuit) ipse fuit.
Flete simul Juvenes, plorat cordata Senectus,
Non decet hic madidis non habuisse genas.
Damna DEVS placide vt reparet, tua vulnera sanet,
Si Duciburga rogas, flebile funus habet.

Sic questa angusto clausit sepulcra sepulcro
Cuius in aeterno est vita sepulta Deo.

Ad D. Aegidium Beerii. Francofurti.

Nr. 51)

Pax Christi.

Vt ad literas tuas succincte respondeam. Vir doctissime: pro laudatione venerandi Pastoris D. Micronij magnam gratiam habeo, non solum quia illius viri memoriam singulari quadam benevolentia complector: verum etiam quia me iuvat videre quirinus et nos hic nuper intempestivum exitum non minus fleVt ad literas tuas succincte respondeam. Vir doctissime: pro laudatione venerandi
[=Hscr. a. 11: Nr. 190]
Pastoris D. Micronij magnam gratiam habeo, non solum quia illius viri memoriam singulari quadam benevolentia complector: verum etiam quia me iuvat videre quibus cogitationibus prius senex peregrinitatis istius odiosam tempus transmittas. fleautor
salis Johannis Gimnij qui fere solus hic author fuerat novae scholae inituandae. Eius decessu quantum huic Ecclesiae sit ademptum non libet adscribere ne me putes humano praesidio cœtus nostri constitutionem metiri: De S. Philippo eranig. commoverer nisi iam saepius istiusmodi rumoribus de nihilo perterritus essem.

Vale